Thurzansky arendat Putati

Ridliowycz mscribit se Blazowsky

casu vero quod si ad mitigandum idem Stanislaus Kidlonicz cum successoribus
suis presenti inscriptioni in aliquo contravenerit aut successores contravenerint
aut praefatum Georgium Kamienski non statuerit ac successores non
statuerint extunc vadium similis summe centum marcarum pecunie ad sol-
vendum succumbet ac successores succumbent. Quam quidem inscriptionem
presentem castrensem premisliensem inscribit ac obligat se ac successores suos
ex his actis ad acta terrestria premisliensia primis vel secundis terminis
terrestribus premisliensibus transferre ac transportare sub vadio simili
centum marcarum pecunie pro quo quidem vadio si se ipse Stanislaus
Kidlonicz cum suis successoribus eidem Iwanko Blazowski ac eius successoribus
ad minorem vel ad castrensem premisliensem sive officium ambo castrensia
capitanealia premisliensia citare permiserit ac permiserint. Extunc rece-
dendo a iure suo quovis civili Maydeburgensi Culmensi coram
illo iudicio seu officio ad quod citabitur in primo citationis termino
tanquam peremptorio stare parere respondere ac pro praefato vadio
satisfacere debet ac successores tenebuntur. Terminum primum quem tanquam
peremptorium ac alios subsequentes. Nullis modis eius collocutori-
bus dilationibus quibuscumque universis quae iure dari atque deinceps dari
solent. Nec non Evasionibus proscriptionibus protestationibus pro-
longationibus bellicis convencionibus generalibus ac particularibus
statutis et nominationibus veteribus laudatis ac laudandis ratione maio-
ritatis regalibus in quemcumque sensum obtentis legalibusque
aliquibus impedimentis non differendo nec prolongando atque se exi-
mendo, Motionibus applicationibus, earumque per actiones prose-
quutionibus non differendo nec prolongando atque se eximendo.
immo eisdem se ac successores suos abrenuntiando, Cognitionem nor-
...affirmationemque inscriptionis presentis dilationem non petendo praeter acta
presentia castrensia premisliensia poena trium marcarum ac terrestri poena
quadrivium ac vadia non evadendo quae nihil sibi in auxilium contra
presentem inscriptionem eiusque defectum respondendo sue ac successorum suorum
sub amissione totius cause et solutionem vadii ac vadiorum
tota quoties necessarium fuerit. Nulla in Commissione proscriptione
terre obstando Super quo mente solutus est officio presenti

Laczki tenetur Zeliborski

Comparens personaliter coram officio ac actis presentibus castrensibus
premisliensibus Nobilis Wasko Laczki recedendo a iure suo terrestri quovis
ac se quoad inscriptionem castrensem premisliensem incorporando pure palam et

Nobili Hrishko Zeliborski ac eius successoribus tenetur et est debitus
certi debiti decem marcarum pecunie monete pol. quamlibet marcam per quadraginta octo
grossos polonicos computando Sine pro die ac festo Sancti Joannis Baptiste
proxime venturo sibi in castro premisliensi dare ac solvere repositamque
non efficiemus sed circa acta castrensia premisliensia reponere ac remanere casu
vero quod si ac in quantum idem Wasko cum successoribus suis eidem Hrishko Zelibor-
ski ac eius successoribus summam praefatam decem marcarum pecunie pro die ac termi-
no praefatis superius expresso non solverit et circa acta presentia non reposuerit
cum successoribus suis extunc inscribit ac obligat se eidem dare ac libere admittere
in crastino eiusdem diei festi realem intromissionem ac actualem pacificamque possessionem
In totam ac integram medietatem sortis sue in villa Laszka per ministerialem
terrestrem premisliensem quemcumque sibi duxerit ad intromittendum ex officio presenti
extunc additum sub vadio simili summe decem marcarum pecunie polonicalis
Quae bona praefatus obligatus idem Hrishko Zeliborski cum successoribus suis
tenebit habebit ac possidebit cum omni iure dominio ac proprietate ac cum
omnibus eorum bonorum attinentiis pertinentiis fructibus censibus proventibus atque
utilitatibus quibuslibet universis quibuscumque dicantur nominibus ac cognominibus
nihil eximendo neque reservando Sed ita prout solus tenuit habuit ac
possidebit ante acceptam possessionis ad festum Nativitatis Christi proxime venturum
et in defectu eiusdem exemptionis ac aliud simile festum Nativitatis Christi
proximum ac sic ab anno ad annum usque ad exemptionem ac summe praefate
plenariam coniunctim persolutionem. Et debet ac tenebitur idem Wasko Laczki
cum successoribus suis eundem Hrishko Zeliborski ac eius successores in dictis
bonis ab omnibus quibuslibet quovis ac impedimentis quarumcumque personarum
sexus status ac conditionis cuiuscumque existentium Nec non ab omnibus
inscriptionibus prioribus ac posterioribus debitis vinculis reformationibus
cuiuscumque personarum factis ac fiendis. Nec non ab omnibus citationibus
contractibus lucris perlucris poenis vadiis replicatis in bonis
praefatis possessionibus ac ponendo perductisque ac perducendo meri
defendendo bonaque praedicta munda ac libera facere. Nec debet idem Wasko Laczki
cum successoribus suis eidem Hrishko Zeliborski ac eius successoribus in bonis praefatis
...aut quomodolibet pacificam possessionem per se vel submissas subor-
dinatasque personas impedire ac adimere sub vadio simili decem marcarum pecunie.
Inscribitque se ac successores suos idem Wasko Laczki inscriptionem presentem
castrensem premisliensem ex his actis ad acta terrestria premisliensia primis
vel secundis terminis terrestribus premisliensibus transferre ac transportare sub
vadio simili decem marcarum pecunie Pro quo quidem vadio si se ipse Wasko
Laczki cum successoribus suis eidem Hrishko Zeliborski ac eius successoribus
ad minorem vel ad castrensem premisliensem sive officium ambo citare permiserit
ac permiserint